

XLVII.

Tertia est contagium haud contemnenda Putredinis scaturigo, quâ de subjecto in subjectum derivatur vitium, sive id fiat contactu, sive per distans.

XLVIII.

Quartam hisce annumerant quidam, eamque statuunt *siccitatem externam*, humidum dissolventem, cujus effecta in lignis Teredinem, in fructibus autem Cariem ostendunt: sed eam, cum Putredini dissimilior videatur, loco suo relinquimus.

XLIX.

Finis Putredinis est caenum, ut pus aut fimus putrefactus. Hoc testantur verba Aristot. qui inquit: πάντα τὰ σηπόμωρα γίνετα τέλος γῆ καὶ κόπρῃ.

L.

Satis quoque de Putredinis Causis. Reliquum est, ut ultimam *διαλέξῃ* nostrâ, *παχυτέρη μύση* pertractatâ, benignos tamen Cœsores speranti, manum imponamus. Versati enim diu sumus in putridâ materiâ, tanq. in prole nostrâ materiatae partis consimili, quam cum apprimè vilem & fœtidam noverimus, monemur, teneri esse sollicitos de prole animarum, cujus beneficio ab interitu servamur incolumes, & neglectâ terrâ elevamur in cœlum, ut scitè loquitur *Piccol. l. de putredine, capite 10.*

Quæritur: An ædes in locis sublimibus, ut montibus, extructæ, salubriores sint iis, quæ in humilibus, iisque palustribus sitæ? **Affirmatur.**

DEO

*Laus, honor & gloria
In seculorum secula.*

F I N I S.